



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mechlinia Illustrata Luce Miraculorum S. Francisci Xaverii  
Orbis Utriusque Solis Ac Thaumaturgi Chronicis Distichis  
evulgata Anno M.D.C.LXVI.**

**Grumsel, Gérard**

**Mechliniae, 1666**

S. Francisco Xaverio Orbis Utriusque, Atque Inprimis Mechliniæ Miraculo  
perpetuo. Elegia Vltima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13399**

## S. FRANCISCO XAVERIO

ORBIS UTRIUSQUE, ATQUE INPRIMIS MECHLINIÆ

Miraculo perpetuo.

## ELEGIA ULTIMA.

**G**loria BelgarVM, CVIVs fvgt aVspICe CVrâ  
 pVLsVs, & eX Varlo Corpore LangVor ablt:  
 Hls tVa, XaVerl, ChronICIs MiraCVLa LVsl,  
 QVæ tVVs hâC nVper feCerat Vrbe faVor.  
 Tot qVoqVe portentIs CVrto breVIs ordIne IVnXI  
 QVæ bene gesta tVâ VIsa fVere ManV.  
 pLVra qVIDeM fVerant, & IIs noVa pLVra gerVntVr,  
 At tVVs hls Vates slstere IVssVs erat.  
 ECqVIs & eXIgVo referat sIC teMpoRe steLLas,  
 QVas poLVs, aVt VastI ClrCVLVs aXIs habet?  
 QVot qVoqVe veL fVnDo ConChyLIa VoLVat HyDaspes?  
 VVaQVe qVot baCCas, qVot ferat HybLa faVos?  
 HæC ego nVnC ClrIVs breVIBVs VVLgaVero ChartIs;  
 QVàm tVa VersICVLIs tot bene gesta seqVar.  
 Vera LoqVar, sI te Vates HerolbVs æqVeM;  
 VIX tIbl par tItVLI, proDIGIIsqVe fVIt.  
 SIC tVa ContInVo CoëVnt MiraCVLa fLVXV,  
 portentI VaLeas Instar Vt VsqVe LegI.  
 NVLLa LVes patrIo est aDeo trVCVLenta sVb aXe;  
 QVIN pIVs hanC DVLCI IVgIter ore LeVes.  
 seV CapVr, aVt aVres, oCVLI, nasVsqVe CatarrhIs,  
 LIngVaQVe neC LeVIBVs sIt prope qVassa MaLI:  
 seV rIgeant raVCæ VaLIDâ tVsseDIne faVCes;  
 CensaQVe VoX tItVbans neC sCIat VLLa LoqVI:

SIVe



## S. FRANCISCO XAVERIO

ORBIS UTRIVSQUE, ATQUE INFRIMIS MECHLINIÆ

Miraculo perpetuo.

ELEGIA ULTIMA.

**G**loria Belgarum, cuius fugit auspice, curâ  
 Pulsus, & ex vario corpore languor abit:  
 His tua, *Xaveri*, chronicis Miracula lusi,  
 Quæ tuus hâc nuper fecerat urbe favor.  
 Tot quoque portentis curto brevis ordine junxi,  
 Quæ bene gesta tuâ visa fuere manu.  
 Plura quidem fuerant, & iis nova plura geruntur:  
 At tuus his vates sistere iussus erat.  
 Ecquis & exiguo referat sic tempore stellas,  
 Quas polus, aut vasti circulus axis habet?  
 Quot quoque vel fundo conchylia volvat *Hydaspes*,  
 Uvaeque quot baccas, quot ferat *Hybla* favos?  
 Hæc ego nunc citius brevibus vulgavero chartis,  
 Quàm tua versiculis tot bene gesta sequar.  
 Vera loquar, si te vates Heroibus æquem;  
 Vix tibi par titulis, prodigiisque fuit.  
 Sic tua continuo coeunt Miracula fluxu,  
 Portenti valeas instar ut usque legi.  
 Nulla lues patrio est adeo truculenta sub axe,  
 Quin pius hanc dulci jugiter ore leves.  
 Seu caput, aut aures, oculi, nasusque catarrhis,  
 Linguaque nec levibus sit prope quassa malis:  
 Seu rigeant rauce validâ ruffedine fauces,  
 Censaque vox titubans nec sciat ulla loqui:

M 2

Sive



SIVE VeL obsCænVs DepasCItVr Vbera CanCer:  
 seV rIget, & DVpLeX tIbla VVLnVs aLI: 8  
 VnICVs eXsVperas CVnctos VeL In arte MagIstros,  
 Et CVrâ sanos, aVXILIoqVe faCIs.  
 ChIron, & Longo CLarVs poDaLIrIVs VsV  
 VIRTvtI pLaVDVnt sVCCVbVIsse tVæ.  
 VIDIMVs ô! qVotles, qVibVs ars non VLLa faVeBat,  
 Arte tVâ tVtas rItè fVIsse nVrVs.  
 TV LIppIs oCVLos, aVres sVrDIsqVe serenas,  
 TV CLaVDIs gressVs, VIVaqVe fVLCra faCIs.  
 SInt, qVibVs IntVMVIt sVppressâ Venter ab VnDâ,  
 Et qVo pLVs potæ, pLVs sItantVr aqVæ:  
 SInt sVa qVos CasV fera LæsIt, & HernIa torqVet;  
 AVt qVibVs InCLVsVM CaLCVLVs IngVen habet:  
 QVos VeL aqVæ CrVCient InterCVtIs VsqVe DoLores;  
 QVos LIget & fVLCrIs neXa poDagra sVIs:  
 SInt qVoqVe qVos LeCto QVartana, VeL HeCtICa VeXat,  
 QVasqVe noVas speCies pLVrIMa febrIs aLI:  
 TotqVe per InCaVtVM gLIscant ContagIa VVLgVs,  
 VIX stet ab hIs totâ Liber Vt Vrbe LoCVs:  
 HæC, Pater, aVXILIo, neqVe parVa perICVLa VItæ  
 VInCIs, & haVD VLLâ parte LeVanDa, LeVas,  
 O! qVotles IVnctIs tIbI qVesta pVerpera VotIs  
 EXperta est DeXtræ robVr opeMqVe tVæ,  
 Et qVotles sVCCo sICCæ fLVXere papILLæ:  
 Et qVotles sterILes MoX VIGVere nVrVs.  
 Rapta qVot & VIDVæ pLanXIssent pIgnora Matres,  
 VIXissent nVtV nI reLeVata tVo.  
 TV potes InVItIs reDIVIVa CaDaVera ParCIs  
 TVrbato VeLoX hVC reVoCarè LaCV.



Sive vel obscænus depascitur ubera cancer,  
 Seu riget, & duplex tibia vulnus alit:  
 Unicus exsuperas cunctos vel in arte Magistros,  
 Et curâ fanos, auxilioque facis.  
 Chiron, & longo clarus Podalirius usu  
 Virtuti plaudunt succubuisse tuæ.  
 Vidimus ô! quoties, quibus ars non ulla favebat,  
 Arte tuâ tutas ritè fuisse nurus.  
 Tu lippis oculos, aures surdisque serenas,  
 Tu claudis gressus, vivaque fulera facis.  
 Sint, quibus intumuit suppressâ ventres ab undâ:  
 Et quo plus potæ, plus sitiantur aquæ:  
 Sint sua quos casu fera læsit, & Hernia torquet;  
 Aut quibus inclusum Calculus inguen habet:  
 Quos vel aquæ crucient intercutis usque dolores:  
 Quos liget & fuleris nexa Podagra suis:  
 Sint quoque quos lecto Quartana, vel Hæctica vexat,  
 Quasque novas species plurima febris alit:  
 Totque per incautum gliscant contagia vulgus,  
 Vix stet ab his totâ liber ut urbe locus.  
 Hæc, Pater, auxilio, neque parva pericula vitæ  
 Vincis, & haud ullâ parte levanda, levas.  
 O! quoties junctis tibi quæstæ puerpera votis  
 Experta est Dextræ robur opemque tuæ.  
 Et quoties succo siccæ fluxere papillæ,  
 Et quoties steriles mox viguere nurus.  
 Rapta quot & viduæ planxissent pignora matres,  
 Vixissent nutu ni relevata tuo.  
 Tu potes invitis rediiviva cadavera Parcis  
 Turbato velox huc revocare lacu.



sæpe tibi taXVs, tristis tibi pressa CVpressVs:  
 CVMqVe sVIs tItVLLIs VICta sepVLChra IaCent.  
 EXVVIIIs nataLe tVIs agIt VnDIqVe festVM,  
 QVI prIVs obLItI fVnerIs Instar erat.  
 TestIs erIt BaVarVs, qVI VIX pVer ortVs In aVras,  
 NVnC erat Inspersâ penè tegeNDVs hVMo.  
 ILLe tVâ tVtVs, taCtâ taMen ICone VIXIt,  
 ILLe saCrls VIVIt, qVels CarVIsset, aqVIs.  
 HâC qVoqVe nI nVper MVLLerIa nIXa fVIsset;  
 FraCta CeLoX VoLVCres ore bIbIsset aqVas.  
 CæRVLa CVrrVntVr: LaCerantVr apLVstrIa Vento;  
 Ars stVpet, & graVlbVs VInCItVr Ipsa MaLIs.  
 VIX sVblt hæC; fLVCtVs Labens pèLagoqVe resIDIt;  
 stat notVs, aC VICtæ fIt LeVe pondVs aqVæ.  
 fInIeraM; tabVLLIsqVe repens noVa bIna ferVntVr,  
 QVæ qVoqVe sVnt fIXâ Vera reLata fIDe.  
 sentenerIs MorItVra nVrVs, sine VIrIbVs VLLIs  
 partVrIt totos qVInqVe bIs vsqVe Dies.  
 Vrna, LateX, stIpVLæ, LVgVbrIa VeLa parantVr:  
 HInCqVe ILLInC fLetVs angVLVs oMnIs habet.  
 Et pVer, & genItrIX obItV LVctantVr In Vno:  
 CarnIfICes CVLtros, VVlt VeL abesse ManVs.  
 QVID faCIat? DIVI VIX speCtat In ICone VVltVs;  
 AtqVe, erIt hIC nostræ CaVsa saLVtIs, alt.  
 TVnC qVoqVe, CVM CLaVso LangVeblt anheLIItVs ore,  
 AVXILII nobIs hInC satIs, InqVIt, erIt.  
 seCtIo nVnC VterI, VarII potVsqVe VaLere:  
 pLVs VoVet hæC CVnCtIs roborIs Vna ManVs.  
 DIXIt; & EXVVIIIs DIVI fVnaLla VoVIt,  
 pIGtaqVe præCLarIs hæCCe tot âCta notIs.



Sæpe tibi Taxus, tristis tibi pressa Cupressus:  
 Cumque suis titulis victa sepulchra jacent.  
 Exuviis natale tuis agit undique festum,  
 Qui prius obliti funeris instar erat.  
 Testis erit Bavarus, qui vix (b) puer ortus in auras,  
 Nunc erat inspersione penè tegendus humo,  
 Ille tuâ tutus tactâ tamen icone vixit:  
 Ille sacris vivit, queis caruisset, aquis.  
 Hâc quoque nî nuper (c) Mulleria nixa fuisset;  
 Fracta celox volucres ore bibisset aquas.  
 Cæcula curruntur: lacerantur aplustria vento;  
 Ars stupet, & gravibus vincitur ipsa malis.  
 Vix subit hæc; fluctus labens pelagoque residit;  
 Stat Notus, ac victæ sit leve pondus aquæ.  
 Finieram; tabulisque repens nova bina feruntur,  
 Quæ quoque sunt fixâ vera relata fide.  
 Senteneris (d) moritura nurus, sine viribus ullis  
 Parturiit totos quinque bis usque dies.  
 Urna, latex, stipulæ, lugubria vela parantur:  
 Hincque illinc fletus angulus omnis habet.  
 Et puer, & genitrix obitu luctantur in uno:  
 Carnifices cultros, vult vel abesse manus.  
 Quid faciat? Divi vix spectat in icone vultus;  
 Atque, erit hic nostræ causa salutis, ait.  
 Tunc quoque, cum clauso languëbit anhelitus ore,  
 Auxilii nobis hinc fatis, inquit, erit.  
 Sectio nunc uteri, varii potusque valete:  
 Plus voyet hæc cunctis roboris una manus.  
 Dixit; & Exuviis Divi supalia vovit,  
 Pictaque præclaris hæcce tot acta notis.

(b) Puer Monachis  
 Anno 1664. 21.  
 Septembris à Sa-  
 cerdote aliquo pro  
 mortuo habitus ad  
 sacrum Xaveria-  
 næ imaginis Me-  
 chliniensis sibi resti-  
 tuitur, baptizatur  
 indito Francisci  
 nomine, & valet.  
 (c) Xaverianâ  
 imagine in mare  
 injectâ ab Elisabe-  
 tha de Muller,  
 tempestas sedatur  
 1661. Junio.

(d) Maria Sente-  
 ners 1666. 10.  
 Martii. Mechlinia.



AC genItrIX faCta est gnatas enIXa geMeLLas:  
 ConIVX aC pLaVsV sVbsILLere nVrVs?  
 QVæqVe LVbens aLLIs, XaVerI, DeXtera faVIt;  
 VnDe tVIs faVeat, sospes & aDsIt, habet.  
 Ibat opIs sCherLIngVs egens De rhetore tyro:  
 præterItVs spatIo ter prope MensIs erat.  
 Ora Clbos fVgIVnt: est faCta VeL esCa VenenVM:  
 hInCqVe neC eXIgVVs LangVor In ossa VenIt.  
 seCtaqVe Vena freqVens, neqVe fIXa CVCVrbIta prosVnt:  
 NIL faVet In tantIs sVCCVs & herba MaLLs.  
 Et CaLor, & porrò CerebrI Vigor aCer, & orIs  
 DefICIt, & taCItO genVa DoLore Labant.  
 Non nIsI qVas CogIt VerItVs DeLIRa ReCtor,  
 VIX qVoqVe VeL sCIsas eXCIPIt ILLe Dapes.  
 Ire peDes Certans Lapsâ CerVICE IaCebat,  
 neC poterat CapItIs ponDera ferre sVI.  
 Non patIens CorpVs, non Mens erat apta DoLorI:  
 Et tenerI fVglens Ipse soporIs erat.  
 Ars stVpet, & Vana est: EXtrema VIatICa restant;  
 hIs qVoqVe præfIXVs VesperIs orDo fVIt,  
 CVM bonVs hVnC CæLI qVasI nVntIVs ore saLVtat:  
 VotaqVe XaVerIo ConCIpe frater, alt.  
 QVI faVet InDIgenIs, fratrI prIVs, eVge, faVeIt;  
 AVXILIIqVe feret MVnera Larga sVI.  
 Ergo Dat EXVVias; qVIBVs hIC qVoqVe basIa neCIt.  
 Creber & hInC ILLInC DIVVs In ora VenIt.  
 InqVe peDes æger sVbItò, MirabIle VIsV!  
 raptVs ab eXeqVIIs eXILIt Ipse sVIs.  
 sanaqVe Versat oVans; PatrIbVsqVe stVpentIbVs, arAM  
 AVCtorI grates eXhIBItVrVs aDIt.



MIRACULIS S. FRANCISCI XAVERII.

97

Ac genitrix facta est, gnatas enixa gemellas:

Conjux ac plausu subsiliere nurus.

Quæque lubens aliis, *Xaveri*, Dextera favit;

Unde tuis faveat, sospes & adsit, habet.

Ibat opis (e) Scherlingus egens de Rhetore Tyro

Præteritus spatio ter prope mensis erat.

Ora cibos fugiunt: est facta vel esca venenum:

Hincque nec exiguus languor in ossa venit.

Sectaque vena frequens, neque fixa cucurbita profunt:

Nil faveat in tantis succus & herba malis.

Et calor, & porro cerebri vigor acer, & oris

Deficit; & tacito genuâ dolore labant.

Non nisi quas cogit veritus deliria Rector,

Vix quoque vel scissas excipit ille dapes.

Ire pedes certans lapsâ cervice jacebat;

Nec poterat capitis pondera ferre sui.

Non patiens corpus, non mens erat apta dolori:

Et teneri fugiens ipse soporis erat.

Ars stupet, & vana est: extrema Viatica restant;

His quoque præfixus vesperis ordo fuit.

Cum bonus hunc cæli quasi nuntius ore salutat:

Votaque *Xaverio* concipe frater, ait.

Qui faveat indigenis, fratri prius, euge! favebit;

Auxilii que feret munera larga sui.

Ergo dat exuvias; quibus hic quoque basia neçtit:

Creber & hinc illinc Divus in ora venit.

Inque pedes æger subito, mirabile visu!

Raptus ab exequiis exilit ipse suis.

Sanaque versat ovans; Patribusque stupentibus, aram,

Auctori grates exhibiturus, adit.

(e) *Gaspar Scher-  
lingk, Novitius  
Societatis IESU  
Mechlinia 1666.  
3. Julii*

N

Tricli-



TRICLINIVMqVe sVblt, noVV s aCsI LazarVs esset:

VIX satIs hIC orI sVffICIt esCa sVo.

Et VaLet, & VegetVs, sI DI s pLaCet, ILLe VaLeblt;

XaVerI, Vt LaVDes ConCInat VsqVe tVas.

TV VIres, VICtIs LangVorIbVs, Ipse reDVCI s:

DVLCI s & affLICtIs VIta saLVsqVe VenIs.

seV qVIbVs IgnIs eDaX, aqVa sæVa, & pestIfer aër,

seV qVIbVs Ipse noCens terreVs hVMor: erat.

ObseqVIIs qVasI paCra tVI s eLeMenta ferVntVr:

CVnCra qVe natVræ VInCLa, VICesqVe noVas.

AVt tVa Verà CoLI t, stVpet aVt MIraCVLa VVLgVs;

paCra qVe, VeL flerI sIC potVIsse negat.

parVa LoqVor; DeXtræ qVe tVæ VI s aLlor eXtat:

DIrIs & oCCVLto IV s habet ILLa LaCV.

TV MagICos neXVs, ææaqVe toXICa soLVIs,

Et proCVL eLVIs CantIbVs Ipse LeVas.

EXVVIs eXperta tVas hIs sæpIV s arIs

Est saga, & MIXtos soLVere IVssa DoLos.

QVI n qVoqVe LVXantes MortaLIa Corpora LarVæ

sæpe tVo CVL tV, ReLLIqVIIsqVe IaCent.

Gesta sat est patIæ bene nota TragæDla Lyræ

HanC Ibi styX parIter gessIt, & Anna ToMas.

QVI sqVI s aVes, hanC VoLVe; sVo patet aVCta LIbeLLor:

HoC ego sVM paVCI s strIngere IVssVs opVs.

stratVs In eXtreMI s, erat & qVasI BrandIV s effrons:

saCra qVe respVerat noXIV s Ipsa seneX.

neC paVor VLLVs erat: neqVe NVMI nIs Ira, neC Ignes

EXClerant noXæ soLVere VInCLa sVæ.

SIC sVV s hVnC GenIV s, sVa nVnC stIMVLabat ErInnys:

nVLLaqVe spes VItæ, nVLLa saLVtIs erat.



Tricliniumque fubit, novus acsi Lazarus esset:

Vix satis hîc ori sufficit esca suo.

Et valet, & vegetus, si Dîs placet, ille valebit;

Xaveri, ut laudes concinat usque tuas.

Tu vires, victis languoribus, ipse reducis:

Dulcis & afflictis vita salusque venis.

Seu quibus ignis edax, aqua sæva, & pestifer aër,

Seu quibus ipse nocens terreus humor erat.

Obsequiis quasi pacta tuis elementa feruntur:

Cunctaque naturæ vincla, vicesque novas.

Aut tua vera colit, stupet aut Miracula vulgus;

Factaque, vel fieri sic potuisse negat.

Parva loquor; Dextræque tuæ vis altior extat:

Ditis & occulto jus habet illa lacu.

Tu magicos nexus, Ææaque toxica solvis,

Et procul elusis cantibus ipse levas.

Exuvias experta tuas his sæpius aris

Est saga, & mixtos solvere jussa dolos.

Quin quoque luxantes mortalia corpora larvæ

Sæpe tuo cultu, Reliquisque jacent.

Gesta sat est patriæ bene nota Tragedia Lyræ:

Hanc ibi Styx pariter gessit, & Anna (f) Tomás.

Quisquis aves, hanc volve; suo patet aucta libello;

Hoc ego sum paucis stringere jussus opus.

Stratus in extremis, erat & quasi (g) Brandius effrons;

Sacraque respuerat noxius ipsa senex.

Nec pavor ullus erat: neque Numinis ira, nec ignes

Excierant noxæ solvere vincla suæ.

Sic suus hunc genius, sua nunc stimulabat Erinnyes:

Nullaque spes vitæ, nulla salutis erat.



Vt taMen ora LateX tVV's attIgt, Ipse reVIXIt:  
 Et pLaVDens VItIls rItè platVs obIt.  
 HoC CLypeo teCtI BeLgæ sperate noCentes:  
 ILLe etIaM VobIs arrha saLVtIs erIt.  
 QVæ qVoqVe tot teXIt, peperItqVe, VeL abLVIt InDos,  
 AbbreVIata retro non erIt VsqVe ManVs.  
 HanC proCVL eXCItæ Varlo rVMore reqVIRVnt,  
 HVIVs qVôt Gentes ClrCVLVs orbIs habet.  
 InVoCat hanC BaVarVs; CoLI & GerManIa' sVppLeX:  
 VIa VeL ILLIVs frVsta PoLonVs aVet.  
 HVIC prope DIVInos VoVet AVstrIa LaVDIs honores:  
 NVnCVpat hVIC LaVtâ Vota preCesqVe faCe.  
 Has CVpIt EXVVias, & Iber pLVs sVspICIt aVro:  
 Has IraLVs CVLtor, GaLLVs & AngLVs aMant.  
 Has AsIæ fines, & AMerICA regna reposCVnt:  
 Has rogat & CVnctIs AfRICA terra LoCIs.  
 At qVIA DeposItI neC erat Data Copla tantI;  
 neC poterat CVncto pars satIs esse LoCo:  
 XaVerI, tVV's est CæLatVs IMagIne VVLtVs;  
 posset Vt hIC VVLgI Creber ab ore CoLI.  
 Et qVIA nVnC saCro CoMpLeXVs pIgnora rItV  
 ContIgt; aVXILIo trIstIbVs ILLe VenIt.  
 Hæ VeLVt EXVVIAe ManIbVs rapIVntVr aVarIs:  
 neC soLet hæC paVCIs arrha VaLere LoCIs.  
 HIsCe tot eX arrhIs, seX hIs, neqVe pLVrIbVs annIs,  
 HInC ILLInC rapVs MILLIo, pLVsqVe fvIt.  
 HInC VeLVtI prInCeps, qVatVor sIbI MILLIa soLI  
 EXrVLIt In CVLrVs TeVtonIs ora sVos.  
 neC LeVIs hInC frVCtVs: norVnt bene sæpIVs VsI:  
 Tot qVIBVs aVt TVrCæ nIl noCVerè ManVs.

QV ID



Ut tamen ora latex tuus attigit; ipse revixit:

Et plaudens vitiis ritè piatus obit.

Hoc clypeo tecti Belgæ sperate nocentes:

Ille etiam vobis arrhâ salutis erit.

Quæ quoque tot texit, peperitque, vel abluit Indos,

Abbreviata retro non erit usque Manus.

Hanc procul excitæ vario <sup>(h)</sup>rumore requirunt,

Hujus quot gentes circulus orbis habet.

Invocat hanc Bavarus; colit & Germania supplex:

Visa vel illius frustra Polonus avet.

Huic prope divinos vovet Austria laudis honores,

Nuncupat huic lautâ vota precesque face.

Has cupit Exuvias, & Ibër plus suspicit auro:

Has Italus cultor, Gallus & Anglus amant.

Has Asiæ fines, & America regna reposcunt:

Has rogat & cunctis Africa terra locis.

At quia Depositi nec erat data copia tanti;

Nec poterat cuncto pars satis esse loco;

Xaveri, tuus est cælatus imagine vultus;

Possit ut hic vulgi creber ab ore coli.

Et quia nunc sacro complexus Pignora ritu

Contigit; auxilio tristibus ille venit.

Hæ velut Exuviæ manibus rapiuntur avaris:

Nec solet hæc paucis arrha valere locis.

Hicce tot ex arrhis, sex his, neque pluribus annis,

Hinc illinc raptus millio, plusque fuit.

Hinc, veluti princeps, quatuor sibi millia <sup>(i)</sup>foli

Extulit in cultus Teutonis ora suos.

Nec levis hinc fructus: norunt bene sæpius usi: <sup>(k)</sup>

Tot quibus aut Turcæ nil nocuere manus.

N<sub>3</sub>

(h) Ex omni regio-  
ne veniunt pere-  
grini, petuntur  
imagines, oleum,  
aqua benedicta  
&c.

(i) Simul ac semel.

(k) Christiani mi-  
lites in bello Tur-  
cico. 1664.

Quid



QUID LoqVar hIC oLeo VIgILantIs In ÆDe LVCernæ,  
 AVt qVoqVe LVstraLI qVIs VIgor hIC sIt aqVæ?  
 paVCa prIVs CeCInI; IVVat hæC atteXere paVCI: s:  
 EIVs opeM toto VVLgVs Vt orbe Legat.  
 InstItor, Vt referVnt, graVe VVLnVs HibernVs aLeban  
 VanaqVe spes eIVs, VIsqVe MeDentIs erat.  
 DVbLIInI nIhIL VLLa IVVant: IVVer, InqVIt hIC, Æther:  
 FVnDIt & hoC pLagIs neCtar, & VsqVe VaLet.  
 HVIVs & VngVentI VIM WattersforDia sensIt:  
 ReLLIqVIIs qVorles hIs qVoqVe tVra fVIt!  
 BInVs In hâC ConIVX, hIC pressVs ab asthMate sæVo,  
 profLVVIO hæC LangVens VsqVe CrVorIs erat.  
 neC tot & HIppoCratis, neC tot præCepta gaLenI,  
 hIs poterant tantIs VLLa VaLere MaLIs.  
 VsVs VterqVe fVIt bls terVe LIqVorIbVs ILLIs;  
 ILLICò sIC Morbls ConVaLVere sVIs.  
 DanDa fIDes gestIs; sIgnIs neqVe VILIBVs eXtant:  
 sIt satIs, eX Isto pLVs neqVIt aXe petI.  
 NIL IgItVr VeterI MirabItVr VLLVs In æVo,  
 pIgnora, XaVerI, sIC tVa CVncta CoLI.  
 QUIDqVID VeL tangVnt DeXtræ tVa Lipsana, sanat;  
 Et Vires hVIVs, robVr & IntVs habet.  
 NVnC sILeant Vates pharIæ MiraCVLa Virgæ:  
 VInCIt, & aVXILIO pLVrIbVs ILLa VenIt.  
 QVoLlIbet attactV factIs MirabILIs ILLa est:  
 HanC qVoqVe nVnC VIVaX splrItVs IntVs agIt.  
 HoC est qVoD CVrVo potIVs tIbI BeLgICa teLLVs  
 gaVDet Iô! sVppLeX proCVbVIsse genV.  
 Has CoLI EXVVias, ILLIs reVerentIa Malor:  
 hæC qVoqVe VIs potIVs VICtôr InVrbe CoLI.



Quid loquar hęc oleo vigilantis in Æde lucernæ,

Aut quoque lustrali quis vigor hęc sit aquæ?

Pauca prius cecini ; juvat hęc attexere paucis:

Ejus opem toto vulgus ut orbe legat.

Institor, ut referunt, grave vulnus (l) Hibernus alebat;

Vanaque spes ejus, visque medentis erat.

Dublino nihil ulla juvant: juvet, inquit hic, Æther:

Fundit & hoc plagis nectar; & usque valet.

Hujus & unguenti vim Wattersfordia sensit:

Reliquiis quoties his quoque tuta fuit!

Binus (m) in hęc conjux, hic pressus ab asthma sævo;

Profluvio hęc languens usque cruoris erat.

Nec tot & Hippocratis, nec tot præcepta Galeni,

His poterant tantis ulla valere malis.

Ufus uterque fuit bis terve liquoribus illis;

Illicò sic morbis convaluere suis.

Danda fides gestis; signis (n) neque vilibus extant:

Sit satis, ex isto plus nequit axe peti.

Nil igitur veteri mirabitur ullus in ævo,

Pignora, Xaveri, sic tua cuncta coli.

Quidquid vel tangunt Dextræ tua Lipsana, sanat;

Et vires hujus, robur & intus habet.

Nunc sileant vates Phariæ Miracula virgæ:

Vincit, & auxilio pluribus illa venit.

Quolibet attractu factis mirabilis illa est:

Hanc quoque nunc vivax spiritus intus agit.

Hoc est quod curvo potius tibi Belgica tellus

Gaudet iò! supplex procubuisse genu.

Has colit Exuvias; illis reverentia major:

Hęc quoque vis potius victor in urbe coli.

(l) *Guilielmus Bar-  
ron 1665. 8. Ja-  
nuarii, Dublini.*

(m) *Paulus Ayl-  
ward & uxor,  
Wattersfordia  
1665. Februario.*

(n) *Approbatione  
Vicarii Generalis  
Sede vacante.*

His



HIs VotIVa faGIt qVoVIs eX orDIne Mystes:  
 HIs frVItVr VotIs sapIVs Ipse sVIs.  
 Matres atqVe nVrVs tot bLanDa hIs sVaVIA IVngVnt,  
 Vere noVo In syLVIs qVot spatIantVr apes.  
 VtqVe rosIs VIoLIsqVe faVos hæ, MeLLaqVe Libant;  
 SIC prope, qVos frVctVs hIC VoLVere, LegVnt.  
 Et VeLVt hIC popVLos effVsVs es VnVs In oMnes;  
 SIC sVnt & CVLtvS pVbLICa signa tVI.  
 AspICe tot testes, & Cerea Dona, flgVras,  
 Is saCer est, DICes, non nIsI Cera LoCVs.  
 Has sape appetII ChronICIs perstrIngere pLeCtIs;  
 non potVI; ChronICIs Copla Malor erat.  
 QVID qVoD & argento LoCVs hIC aVroqVe reLVCet,  
 FIXaqVe sVnt CLarIs signa VenVsta thoLIs?  
 VIsItVr hIC fVLgens, non VnaqVe fornICE LaMpas:  
 taLe faber sCVLptor VIX parIt VLLVs opVs.  
 Te qVoqVe tot statVæ, tot & InCLyta MVnera CIngVnt;  
 qVot VeL hIC aXIs habet, VeL IoVIs aVLa faCes.  
 QVID LoqVar & tabVLas, & plgnora pensa tot aVrI;  
 QVasqVe tagVs VeXIt, DIVes & InDVs opes?  
 LVCent hIC VarIs tVa noMIna sCVLpta BeryLLIs:  
 EXVVIsqVe freqVens arte Coronat onyX.  
 NVper & hVC FrIsIVs torqVIs graVe ponDVs & aVrI  
 plgnorIbVs MIsIt, VoVIt & Ipse tVIs.  
 CaVsa Latet VotI: taMen & tVVs eXtat In ILLo  
 CVLtvS, & hVnC fIXo qVILibet ore Leget.  
 HæC, VtI pLVra, thoLo, neqVe parVa MonILla fVLgent;  
 QVæ ChronICâ Vates VIX VaLet arte LoqVI.  
 SIC taMen hæC fVLgent, Vt IIs speGlosIor eXtes;  
 CVIVs ab aVspICIs VIta, saLVsqVe VenIt.



His votiva facit quovis ex ordine Mystes:

His fruitur votis sæpius ipse suis.

Matres, atque nurus tot blanda his suavia jungunt;  
Vere novo in sylvis quot spatiantur apes.

Utque rosas, violisque favos hæ, mellaque libant;

Sic prope, quos fructus hîc voluere, legunt.

Et velut hîc populos effusus es unus in omnes;

Sic sunt & cultus publica signa tui.

Aspice tot testes, & cerea dona, figuras;

Is sacer est, dices, non nisi cera locus.

Has sæpe appetii chronicis perstringere plectris

Non potui; chronicis copia major erat.

Quid quod & argento locus hic auroque relucet,

Fixaque sunt clavis signa venusta tholis?

Visitur hîc fulgens, non unaque fornice lampas:

Tale faber sculptor vix parit ullus opus.

Te quoque tot statuar, tot & incluta munera cingunt;

Quot vel hic axis habet, vel Jovis aula faces.

Quid loquar & tabulas, & pignora pensa tot auri,

Qualque Tagus vexit, dives & Indus opes?

Lucent hîc variis tua nomina sculpta Beryllis:

Exuviasque frequens arte coronat Onyx.

Nuper & huc Frisius torquis grave pondus & auri

Pignoribus misit, vovit & ipse tuis.

Causa latet voti: tamen & tuus extat in illo

Cultus, & hunc fixo quilibet ore leget.

Hæc, uti plura, tholo, neque parva monilia fulgent,

Quæ chronicâ vates vix valet arte loqui.

Sic tamen hæc fulgent, ut, iis speciosior extes;

Cujus ab auspiciis vita, salusque venit.



EVge pVgIL, VIrVsqVe pLagIs proCVL aVfer & arCe:  
 QVæqVe noCent anIMIs, CorporIbVsqVè LeVa.  
 TV stVpor es MVnDI: tVa braChIa trIstIs AVernVs,  
 Horret & eXVVias obstVpet Ipse tVas.  
 Te qVoqVe nVnC phœbVs, VetVs Vt sChoLa tota saLernI,  
 sVspICIt, aC VICtas porrIgt VsqVe ManVs.  
 Se tIbI sVbIIcIVnt, qVæ VoLVVnt staMina parCæ:  
 ObseqVIIsqVe tVIs VICta sepVLChra IaCent.  
 PIgnorIbVs feLIXqVe tVIs, VICtrIXqVe CoronIs,  
 BeLgICa IaM tVrgens toLLIt In astra CapVt.  
 At saCra præCIpVè feLICIta teCta MaLInæ;  
 QVâ tVVIs In VVLgVs fLVXIt ab Vrbe faVor.  
 HInC CVLtVs CreVere tVI, CreVere trIVMphI;  
 EXtVLIt & Vasto notIVs orbe CapVt.  
 HanC Pater eXVVIIIs serVa VICtrICIbVs VrbeM:  
 HanC preCor hIC faVsto tVtor ab aXe rege.  
 AVXILIoqVe foVe popVLVM, popVLIqVe senatVs:  
 QVosqVe tot hoC soCIos aspICIs esse LoCo.  
 serVa CreVsenVM BeLgIs, aC VIrIbVs aVge;  
 CVIVs hIC aVspICIIIs eXIt In ora LIber.  
 IVssIt Vt hæC breVIBVs MiraCVLa VIVere ChartIs,  
 VIVat hIC & PyLI, VeL prope, LVstra senIs.  
 DoneC, Vt eXtVLeIt DeVs hæC te CrebrIVs Vrbe;  
 Et tItVLIIs VIVas CVncta per ora tVIs.  
 HoC qVoqVe sVb CLypeo, VeLVtI MeChLIInIa Cœple,  
 pergat, & eXVVIIIs saLVa freqVenter oVer.  
 GrataqVe tVtorI CVLtV proCVL eXtet, & aCtIs;  
 PIgnorIbVsqVe tVIs hIC noVa teMpLa LeVer.



Euge Pugil, virusque plagis procul aufer, & arce:  
 Quæque nocent animis, corporibusque leva.  
 Tu stupor es mundi: tua Brachia tristis Avernus  
 Horret, & exuvias obstupet ipse tuas.  
 Te quoque nunc Phœbus, vetus ut schola tota Salerni,  
 Suspicit, ac victas porrigit usque manus.  
 Se tibi subjiciunt, quævolvunt stamina Parcæ:  
 Obsequiisque tuis victa sepulchra jacent.  
 Pignoribus felixque tuis, victrixque coronis  
 Belgica jam turgens tollit in astra caput.  
 At sacra præcipuè felicia tecta Malinæ,  
 Quâ tuus in vulgus fluxit ab urbe favor.  
 Hinc cultus crevere tui, crevere triumphi,  
 Extulit & vasto notius orbe caput.  
 Hanc Pater Exuviis serva victricibus urbem:  
 Hanc precor hîc fausto tutor ab axe rege.  
 Auxilioque fove populum, populique Senatus:  
 Quosque tot hoc Socios aspicias esse loco.  
 Serva *Cruesenum* Belgis, ac viribus auge;  
 Cujus hic auspiciis exit in ora liber.  
 Jussit ut hæc brevibus Miracula vivere chartis;  
 Vivat hic & Pylî, vel prope, lustra senis.  
 Donec, ut extulerit Deus hâc te crebrius urbe,  
 Et titulis vivas cuncta per ora tuis.  
 Hoc quoque sub clypeo, veluti Mechlinia cœpit,  
 Pergat, & Exuviis salva frequenter ovet.  
 Grataque Tutori cultu procul extet, & actis:  
 Pignoribusque tuis hîc nova templa levet.